

**www.e-rara.ch**

**Biblia Veteris ac Novi Testamenti**

**Pagnini, Sante**

**Basileae, 1564**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Sapientia Salomonis, sophia Solomōntos

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## Sapientia Salomonis, Σοφία Σολομώντος.

Liber iste non legitur Hebraicè scriptus, sed tantum Græcè.

## NOVA EX GRÆCO TRANSLATIO.

## CAPVT I.

2 Quomodo Deus querendus, & à quibus inueniatur. 11 Murmuratio vitanda, & detractio. 12 Mors. 15 Iustitia & iniustitia.

3. Reg. 3. d. 3  
Esa. 56. d. 1



**D**ILIGITE Iustitiam, qui iudicatis terram: sentite de Domino in bonitate, atque in simplicitate cordis eum quaerite:

Quonia inuenitur ab his qui non tentant eum,

& illis pateat qui ei non distidunt.

3 Cogitationes nanque peruersae separant à Deo, eiusque potentia dum tentatur, insipientes arguit.

4 Quoniam in animam malitiosam non introibit sapientia, nec in corpore peccatis obnoxio habitabit.

Jerem. 4. e. 22  
B

5 Nam Spiritus disciplinae sanctus fugit quod fictum est, atque ab stultis cogitationibus recedit, tumque cognoscitur quum iniquitas aduenit.

Galat. 5. d. 22

6 Spiritus enim sapientiae benignus est, neque eum qui impiè loquitur, culpa laborum ipsius liberabit, quum Deus renem eius testis sit, & verus cordis eius inspector, auditorque eorum quae lingua illius proferuntur.

7 Quoniam Spiritus Domini replet orbem terrarum, & qui continet omnia, quid dicatur intelligit.

C 8 Quare qui loquitur iniusta, non latebit: neque iudicium, in quo redarguatur, effugiet.

9 Nam in consilia impij inquiretur: fama autem dictorum eius ut iniquitates ipsius coarguantur, ad Dominum perueniet.

10 Quoniam auris indignans audit omnia, nec clamor murmurationum occultatur.

11 Custodite igitur vos ab inutili murmuratione, atque linguam ab obreftatione continete: quoniam sermo clandestinus non abibit impunitus: os verò mentiens animam interimit.

Deut. 4. d. 23

D

12 Ne sectemini mortem in errore vitae vestrae, neque operibus manuumstrarum exitium vobis accersatis:

Ezech. 18. d.

32, & 33. c. 11

13 Neque enim Deus author est mortis, nec viuorum interitu delectatur:

14 Quippe qui omnia ut essent, creauit, ortusque mundi sunt salutare, in quibus nullum venenum est perniciosum, nec inferorum regnum in terra.

15 Iustitia enim est immortalis.

Infr. 15. d. 6

16 Impij verò illam manibus suis sermonibusque ascuerunt, ac contabuerunt, eam amicam arbitrati, fœdusque cum ea inierunt, planè digni qui illius sint participes.

## CAPVT II.

Verba impiorum de hominibus sunt.

1 **D**Ixerunt enim ipsi secum non rectè existimantes, Breuis & molesta est vita nostra, nec est remedium contra mortem hominis, nec fuit cognitus qui ab inferis reuerterit.

2 Quoniam temerè nati fuimus, & posthac ita sumus futuri, quasi nunquam fuisset, propterea quod fumus est spiritus in naribus nostris, & sermo scintilla è corde nostro excitata:

3 Quo extincto corpus nostrum redigetur in cinerem, & spiritus quasi aer fluxus diffundetur,

4 Lapsusque temporis veniet in obliuionem nomen nostrum, nec quisquam factorum nostrorum memoriam usurpabit, & sicut vestigiū nobis praeteribit vita nostra, & quasi nebula à radiis solis profligata, eiusdemque calore compressa dissoluetur:

5 Nam instar vmbrae transeuntis euanescit tempus vitae nostrae, nec datur à mortis obitu pedem referre, quoniam consignatus est, nec inde quisquam reuertitur.

1. Paral. 29.  
d. 15  
B

6 Adeste igitur, & bonis fruamur praesentibus, & creatura quasi adolefcetia utamur gnauiuer:

Esa. 22. b. 13,  
& 56. d. 12

7 Vino pretioso vnguētisque repleamus nos, neque florem vitae praetereamus:

1. Cor. 15. d. 32

8 Baccis rosarum, priusquam marcescant, coronemur:

9 Nemo vestrum nostrae sit expers petulaciae, vbique signa laetitiae relinquamus: quoniam haec portio nostra est, haec haereditas nostra.

10 Opprimamus pauperem iustum, nec parcamus viduae, nec canitiem senis longaeuam reuereamus.

11 Sit autè nostri roboris vis iustitiae lex: quoniam quod infirmum est, inutile esse comperitur.

12 Circumueniamus igitur iustum, quonia incommodus est nobis, operibusque nostris aduersatur, & nobis exprobrat peccata contra legem commissa, delictaque nostrae disciplinae in nos diffamat.

C

13 Profitetur habere se cognitionem Dei, ac filium Dei seipsum nominat.

Mat. 27. c. 43

14 Factus est nobis ad redarguendas cogitationes nostras.

Ioan. 7. d. 6

15 Eius etiam aspectus nobis grauis est, quoniam dissimilis aliorum est vita illius, differentesque semitae eius.

Esa. 53. c. 8

16 Pro adulterinis ab eo habitum sumus, & abstinete à viis nostris, quasi à quibusdam immun-ditiis, extrema iustorum beata praedicat, Deumque patrem iactitat.

17 Videamus an ea quae dicit, vera sint: atque ea quae ei sunt euentura, experiamur.

D

18 Nam si iustus est filius Dei, suscipiet illum, atque eum de manu aduersariorum liberabit.

Psal. 21. d. 9

19 Contumelia & cruciatu eum examinemus, ut cognoscamus mansuetudinem eius, ac tolerantiam eius iudicemus.

Mat. 27. c. 43

20 Infami eum morte condemnemus: eius enim ratio iuxta ipsius sermones habebitur.

Ier. 11. d. 19

21 Haec

- 21 Hæc cogitarunt, & errarunt: nam malitia sua sunt excæcati.
- 22 Neque mysteria Dei cognouerunt, nec mercedem sanctimonie sperauerunt, nec ullam rationem præmij inculpatis animis propofici habuerunt:
- 23 Quoniam Deus creauit hominem ad immortalitatem, eumque ad imaginem propriæ similitudinis fecit.
- 24 Inuidia autem diaboli mors introiuit in mundum:
- 25 Eamque experiuntur qui sunt partiũ illius.

Rom. 1. c. 22  
Gen. 1. d. 27,  
2. d. 7,  
5. d. 1  
Eccli. 17. d. 1  
Gen. 3. d. 1

CAPVT III.

- 1 *Martyrum felicitas. 10 Impiorum præmia.*
- 1 **I**ustorum autem anime in manu Dei: nec attinget eos cruciatus.
- 2 Vili sunt in oculis insipientium mori: eorumque exitus ærumna est existimatus:
- 3 Et discessus à nobis, contritio: hi verò sunt in pace.
- 4 Nam si in conspectu hominum crucientur, spes ipsorum immortalitatis plena est.
- 5 Et paucis castigati malis, magnis beneficijs afficiuntur: quoniam Deus eos tentauit, atque seipso dignos inuenit.
- 6 Tanquam aurum in fornace probauit illos: eosque vt integrum sacrificium excepit.
- 7 Itaque in tempore visitationis suæ resplendet, & velut scintillæ in stipulis discurrunt.
- 8 Iudicabunt gentes, dominabunturque populis: & Dominus in eis perpetuum regnabit.
- 9 Qui fiduciam in eo suam habent, veritatem intelligent: & fideles in charitate, in eo permanebunt: quoniam gratia & misericordia erga sanctos eius, & ratio electorum eius habebitur.
- 10 Impij verò pœnas suis cogitationibus debitas dabunt: vt qui neglexerint iustum, atque à Domino defecerint.
- 11 Nam qui sapientiam, disciplinamque pro nihilo ducit, miser est, spesque talium vana: & labores infructuosi, atque opera eorũ inutilia.
- 12 Mulieres eorum insipientes, improbi que liberi, execrabilis progenies eorum.
- 13 Quoniam beata est sterilis impolluta, quæ non nouit lectum in flagitio, in visitatione animarum fructum capiet.
- 14 Spado item, qui scelus manu non designauit, nec quicquam improbe contra Dominum cogitauit: dabitur enim ei gratia fidei exquisita, & fors in templo Domini pergrata.
- 15 Bonorum enim laborum gloriosus est fructus: nec radix prudentiæ decidit.
- 16 Filij verò adulterorum à sacris arcebuntur, & orta ex iniquo toro soboles exterminabitur.
- 17 Quod si diutissime vixerint, nullo in pretio habebuntur: in nouissimis que diebus ingloriam agent senectutem.
- 18 Sin celeriter ex vita decesserint: nullam habent spem, nec consolationem in die inquisitionis.
- 19 Generationis enim inique diri sunt exitus.

Deut. 33. d. 3  
Infrà 5. d. 4  
Heb. 11. f. 34  
Rom. 8. c. 24  
2. Cor. 5. d. 1  
1. Pet. 1. c. 13  
Exod. 16. d. 2  
Deut. 8. d. 2  
Matth. 13. f. 43  
B  
Mat. 19. d. 28  
1. Cor. 6. d. 2  
Matth. 25. d.  
41, & 45  
Esa. 56. b. 9

CAPVT IIIII.

- 1 *De casta germinatione fidelium. 8 Non estimanda senectus annorum numero. 16 Impiorum condemnatio, & iustorum mors.*
- 1 **S**terilitas liberorum cum virtute coniuncta potior est, vt cuius immortalis sit me-

- moria: quoniam & apud Deum, & apud homines cognoscitur.
- 2 Eam cum presentem imitantur, tum absentem requirunt, atque etiam coronata in perpetuum triumphat, præmia impolluta certamine victrix allequuta:
- 3 Sobolescens autem impiorum multitudo non perueniet ad frugem, nec ex propagini- bus adulterinis altas radices ager, neque stabile fundamentum constituet.
- 4 Nam etsi ad tempus in ramos egerminaue- rit, leuiter tamen fundata commouebitur à vento, ac vi procellosa extirpabitur:
- 5 Imperfecti circũ rami defringentur, eorum- que fructus inutilis, ad esum immaturus, nul- lamque ad rem commodus.
- 6 Liberi enim ex nefario nati concubitu, testes sunt improbitatis aduersus parentes, eo tem- pore quo in ipsos inquiritur:
- 7 Iustus verò etiam si præmatura morte obeat, quiete tamen perfructur.
- 8 Honorata enim est senectus, non diutur- nam adeptã vitam, neque numero annorum definita:
- 9 Sed canities hominibus prudentia est, & ætas senectutis vita nulla labe maculata.
- 10 Quoniam Deo ille placuit, charus ei fuit, & quum inter peccatores viueret, translatus.
- 11 Raptus est, ne malitia mentem eius immu- taret, aut dolus eius animum deciperet.
- 12 Fascinatio enim improbitatis obfuscat quæ sunt honesta, cupiditatisque leuitas mentem integram peruertit.
- 13 Exiguo perfunctus spatio vitæ, longa tem- pora expleuit:
- 14 Nam placebat Deo anima illius: quapropter properè excessit de medio prauitatis.
- 15 At populi hoc videntes, non intellexerunt, neque animaduertent gratiam & misericor- diam esse erga sanctos eius, electorumque ipsius rationem habitam.
- 16 Cæterum iustus mortuus viuos cõdemna- bit impios: iuuentusque celeriter vita defun- cta, longæuam iniusti senectutem.
- 17 Sapientis enim obitum videbunt quidem: sed quid Dominus de eo cõstituerit, & quor- sum eum tutò conseruarit, non intelligent.
- 18 Videbunt inquam, eumque despicient, Do- minus autem illos irridebit.
- 19 Et corruent posthac cum ignominia & con- tumelia inter mortuos sempiterna: quoniam conquassabit illos voce interclusa præcipi- tatos, funditusque commouebit, desolabun- tur extreme, dolorumque cruciabuntur, & me- moria ipsorum interibit.
- 20 Prodibunt pauidi in cogitatione peccato- rum suorum, atque ex aduerso sceleribus suis conuincuntur.

Jerem. 17. d. 6  
Mat. 7. c. 19  
Gen. 3. c. 24  
Heb. 11. d. 3

CAPVT V.

- 1 *Constantia iustorum contra persecutores. 9 Spes impiorum vana. 16 Sanctorum beatitudo. 18 Armatura Christi ad iudicium.*
- 1 **T**unc iustus magna cum audacia stabit co- ram iis, qui affixerunt eum, quique eius labores reiecerunt.
- 2 Videntes graui timore turbabuntur, atque inopinata salute obstupescunt.
- 3 Dicet ipsi secum pœnitudinẽ affecti, ac pres- si spiritus angore, ingemiscunt. Hic est quem

- nos quondam ludibrio habuimus, prouerbioque contumelioso.
- Suprà 3. a. 3* 4 Stulti vitam eius existimabamus insaniam, atque exitum eiusdem ignominiosum:
- 5 Quomodo cum filiis Dei annumeratus est, & inter sanctos sortem adeptus:
- 6 Deerrauimus utique à via veritatis, neque lux iustitiæ nobis illuxit, nec sol nobis exortus est.
- 7 In viis iniquitatis ac perditionis lassati sumus, & deserta inuia peruasimus: viam verò Domini ignorauimus.
- B** 8 Quid nobis profuit superbia? & diuitiæ cum iactantia quid nobis contulerunt?
- 1. Par. 19. d. 13*  
*Suprà 2. a. 5* 9 Tanquam umbra, nuntiūque transcurrens, illa præterierunt omnia:
- 10 Et in modum nauis fluctuosas aquas permeatis, cuius elapsæ vestigium non inuenias, nec inter fluctus iter meatus eius:
- Prou. 30. c. 19* 11 Aut quum auis aerem peruolat, nulla apprehenditur nota volatus, percussione verò turbans aerem leuem, qui verberatur ac scinditur vi stridente, motu alarum ita aerem permeat, vt in eo postea nullū meatus vestigium reperiatur:
- 12 Aut vt telo ad scopum emisso, dissectus aer ilico ita rursus coit in seipsum, vt traiectus eius ignoretur:
- C** 13 Ita & nos posteaquam sumus nati, defecimus, ac nullum quidem specimen virtutis dare potuimus, sed in nostra planè malitia consumpti sumus.
- 14 Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt.
- Iob 8. b. 9*  
*Psal. 1. d. 4.*  
*143. b. 4*  
*Prou. 10. d. 25.*  
*11. d. 7*  
*Iacob. 2. b. 4*  
*Psal. 39. d. 5.*  
*124. d. 1* 15 Quoniam spes impij, tanquā puluis à vento ablatas, & vt spuma tenuis à procella iactata: vt fumus à vento dissipatus, & quasi memoria hospitis vnius diei præterit.
- 16 Iusti verò viuunt in perpetuum, eorumque merces apud Dominum asseruatur, & cura de iis suscepta apud Altissimum.
- 17 Quamobrem regnum præclarū adipiscuntur, & diadema pulcherrimum à manu Domini: quoniam manu proteget eos, & brachio illos defender.
- Psal. 17. d. 9* 18 Accipiet pro tota integræque armatura indignationem suam, ad vltionemque inimicorum creaturam armabit.
- D** *Ephes. 6. b. 13* 19 Pro thorace induet iustitiam, ac verum iudicium galeam sibi imponet.
- 20 Sumet scutum inexpugnabile, sanctitatem.
- 21 Acrem autem iram suam pro lancea acuet, ipse verò mundus contra stultos cum eo pugnabit.
- 22 Directa ferentur fulgurum iacula, & quasi ab arcu nubium bene contento atque adducto, ad scopum insilient,
- 23 Grandinésque cõfertim è furore lapidante vibrabuntur, excandescetque aduersus illos aqua maris, flumina verò prærupta cõcurrent.
- 24 Spiritus potentia eis obsister, & quasi turbo iactabit eos, totam terrā iniquitas desolabit, sedesque potentium maleficientia euertet.
- CAPVT VI.
- Magnates ad iustitiam, & sapientiam hortatur. 14 Sapientia se offert querentibus se.*
- Prou. 16. d. 32* 1 Melior est sapientia, quàm vires: & vir prudens, quàm fortis.
- Eccles. 9. d. 18* 2 **A**vdite igitur Reges, & attendite, & discite Iudices finium terræ.
- 2 Aures præbete moderatores populi, quique nationum multitudine gloriamini.
- Rom. 13. d. 4* 4 Quoniam à Domino vobis dominatio data est, & potestas ab Altissimo, qui in opera inquireret vestra, & consilia perscrutabitur.
- 5 Quoniam quum essetis ministri regni eius, non rectè iudicastis, neque Legem conseruastis, nec consilium Dei estis sequuti.
- 6 Horribiliter superueniet vobis & repente, quoniam iudicium in proceres seuerissimum exercebitur.
- 7 Nam infimi homines digni sunt misericordia: B in potentes verò inquiretur acriter.
- 8 Nec enim personæ cuiusquam parcer omnium Dominus, nec magnitudinē verebitur, quoniam tam infimum, quàm summū ipse creauit, & pariter prouidentiam habet omnium.
- Deu. 10. d. 17*  
*2. Par. 19. c. 7*  
*Iob 34. b. 19*  
*Eccli. 35. b. 16*  
*Act. 10. c. 34*  
*Rom. 2. b. 11*  
*Gal. 2. b. 6*  
*Ephes. 6. b. 9*  
*Coloss. 3. d. 25*  
*1. Pet. 1. c. 17* 9 Potentibus verò vehemēs instat inquisitio.
- 10 Ad vos igitur spectant sermones mei, o tyranni, vt discatis sapientiam, neque offendetis.
- 11 Qui enim iura officiaque sanctitatis sanctè conseruarint, sancti censebuntur: hisque instituti, habebunt quod respondeant.
- 12 Expetite itaque sermones meos ac desiderate, & eruditionem consequemini.
- 13 Præclara est, & quæ nunquam marcescit, sapientia: facile perspicitur ab iis qui eam diligunt, & inuenitur ab iis qui illam quærunt.
- 14 Anteuertens, sui studiosis se offert cognoscendam.
- 15 Qui manè surrexerit ad illam, non laborabit: assidentē enim suis foribus eam inueniet.
- C** 16 Nam de illa suscepta cogitatio, prudentia est perfectio: & qui propter eam vigilauerit, continuò securus erit.
- 17 Quia se dignos ipsa quærir circumeundo, atq; in viis beneuolè se illis ostendit, in omni que cogitatione eis occurrit.
- 18 Initium enim ipsius est verissima eruditionis cupiditas: cura verò eruditionis, amor.
- 19 Amor autem, obseruatio legum ipsius: rursus legum obseruatio est immortalitatis confirmatio.
- 20 Porro immortalitas facit vt proximè ad Deum accedamus.
- 21 Sapientia igitur cupiditas ad regnum perducit.
- 22 Si itaque solis sceptrisque delectamini, Reges populorum, honorate sapientiam, vt in perpetuum regnetis.
- Num. 27. c. 16*  
*2. Reg. 14. c. 11*  
*3. Reg. 3. b. 9* 23 Diligite lumen sapientie omnes qui præestis populis.
- 24 Quid autem sit sapientia, & quomodo orta fuerit, referam, nec celabo vos mysteria: sed à prima origine inuestigabo cognitionē eius, atque in apertum proferam, neque veritatem præteribo.
- 25 Neque verò cum eo qui inuidia contabescit iter habebō: quoniam huiusmodi, non erit sapientia particeps.
- 26 Sapientum autem multitudo est mundi salus, & Rex prudens stabilimentum populi:
- 27 Quapropter sermonibus meis erudimini, & utilitatem percipietis.
- CAPVT VII.
- Eadem omnium conditio.*
- 1 **S**vm equidem & ego mortalis homo, similis omnibus, atque ab homine, qui primus ex terra formatus est, procreatus.
- 2 In vtero matris caro decem mensium tempore for-
- Iob 10. b. 10*

formatus sum, in sanguine coagulatus, ex femine viri, ac voluptate somnum comitante.

3 Quinetiam natus communem hausi aerem, atque in terram iisdem incommodis malisque obnoxiam decidi, ac primam vocem eandem quam omnes, plorans emisi.

4 In fasciis curisque sum educatus.

5 Nullus enim Rex aliud nascendi initium habuit:

6 Sed vnus in vitam introitus est omnium, & idem exitus.

7 Quapropter optaui, & prudentia mihi data est: inuocaui, & spiritus sapientiae obuenit mihi.

8 Sceptris ac solis illam anteposui, praeter eaque diuitias pro nihilo aestimaui.

9 Nec vero ei lapidem pretiosum comparaui, quoniam aurum cum ea collatum arena pauca: & lutum existimabitur argentum, cum illa comparatum.

10 Supra sanitatem ac formae pulchritudinem dilexi illam: atque ea malui quam luce frui, ut cuius splendor non potest supprimi.

11 Accesserunt autem mihi bona simul omnia cum illa, diuitiaeque per manus illius innumerabiles.

12 Laetatus autem sum in omnibus, quoniam eorum author est sapientia: ego vero ignorabam eorum ipsam esse matrem.

13 Eam sine fraude percepi, sine inuidia communico, diuitiasque eius non abscondo.

14 Inexhaustus enim hominibus thesaurus est: quo qui sunt vsi, amicitiam cum Deo coierunt, propter dona disciplinae commendati.

15 Deus mihi dedit ex sententia dicere, ac prodignitate eorum quae dantur, cogitare: quoniam ipse & sapientiae dux est, & sapientum moderator.

16 Nam in manu ipsius sumus tum nos, tum sermones nostri, omnis etiam prudentia, scientiaque opificiorum.

17 Mihi enim dedit Deus, eorum quae sunt in natura veram cognitionem, ut mundi constitutionem, vimque elementorum intelligam:

18 Initium, exitum, mediumque temporum, solstitiorum vicissitudinem, ac tempestatum varietatem,

19 Annorum circuitus, ac situs stellarum:

20 Naturas animalium, irasque bestiarum, ventorum vim, & cogitationes hominum, differentias plantarum, radicumque facultates.

21 Omnia denique quae sunt recodita & aperta cognoui: nam omnium artifex sapientia me docuit.

22 Est enim spiritus in ea intelligens, sanctus, simplex, multiplex, subtilis, mobilis, illustris, impollutus, perspicuus, innoxius, bonus, studiosus, acutus, expeditus, beneficus,

23 Humanus, stabilis, certus, securus, omnipotens, omnia perspicuus, atque per omnes spiritus intelligentes, puros, subtilissimosque permeans.

24 Nullus enim est motus, quem agilitate sua non superet sapientia, quae propter suam puritatem per omnia pertinet ac permeat.

25 Est enim vapor virtutis Dei, & defluxus gloriae omnipotenti syncerus: quapropter nihil polluti in eam cadit.

26 Etenim lucis aeternae splendor est, atque speculum virtutis Dei, nulla macula aspersum,

eiisque imago bonitatis.

27 Quum autem vnica sit, omnia potest: in se ipsaque manens innouat omnia, ac singulas per aetates in sanctas se transferens animas, amicos Dei, Prophetasque efficit.

28 Neminem enim diligit Deus, nisi qui cum sapientia consuetudinem habeat.

29 Est enim ipsa speciosior sole, supraque omnem astrorum situm collocata, & luci comparata prior inuenitur.

30 Hanc enim nox excipit, sapientiam autem non vincit malitia.

## CAPVT VIII.

Perseuerat in laudibus sapientiae.

1 Pertergit autem ab extremo ad extremum fortiter, atque omnia vtiliter moderatur.

2 Hanc ego dilexi, & a iuuentute mea quaesivi, ac sponsam mihi studui adiungere, amoreque pulchritudinis eius captus sum.

3 Nobilitate eius hoc illustrat, quod vna cum Deo viuit, Dominusque omnium illam dilexit.

4 Est enim perita scientiae Dei, atque ei iniuncta, eiusque operum electrix.

5 Quod si diuitiarum est in vita possessio desiderabilis: quid sapientia omnia operante locupletius.

6 Si autem prudentia agit, atque opera efficit: quid illa in rerum natura artificiosius est?

7 Si vero iustitiam quis diligit: labores huius virtutes sunt: temperantiam enim docet, & prudentiam, iustitiam, ac fortitudinem, quibus nihil est hominibus in vita vtilius.

8 Praeterea si quis multarum usum rerum desiderat, haec antiqua nouit, & futura coniectat, sermonum versutias atque aenigmatum explanationes intelligit, signa & prodigia praenoscit, euentusque tempestatum ac temporum.

9 Itaque hanc decreui mihi ad usum vitae ac consuetudinem adiungere, certo sciens eam bonorum consultricem mihi fore, curarumque ac molestiae consolatricem.

10 Gloriam in vulgus propter hanc adipiscar, & honorem apud seniores iuuenis.

11 Acutus inueniar in iudicio, in conspectuque potentum ero admirabilis.

12 Me tacentem expectabunt, loquentemque attentè audiēt, atque dum pluribus differam, ori suo manum apponent.

13 Propter hanc, immortalitatem obtinebo, ac relinquam memoriam posteris sempiternam.

14 Populos gubernabo, nationesque mihi subditae erunt.

15 Tyranni formidabiles quum audierint, me extimescent, in multitudine bonus videbor, & in bello strenuus.

16 In hac domum meam ingressus conquiescam: nullam enim acerbitatem habet consuetudo ipsius, nec ullam molestiam eius conuictus, sed laetitiam & gaudium.

17 Haec apud me reputans, summamque animi cura perpendens esse immortalitatem in cognitione sapientiae,

18 Et bonam in amicitia illius delectationem, diuitiasque inexhaustas in laboribus manuum eius, atque in congressione colloctioneque eiusdem prudentiam, atque in communicatione sermonum gloriam: circumeundo quaerebam, ut eam apud me reciperem.

19 Eram autē puer eximia ingenij indole præ-  
ditus, bonamque animam sortitus.  
20 Imò verò quum essem bonus, in corpus in-  
troiui impollutum.  
21 Quum autem intellexissem, me non aliter  
eius compotem fore, quam si Deus eam daret,  
quod ipsum erat prudentiæ, intelligere cuius  
hoc esset beneficiū, adij Dominum, eumque  
orauī, ac dixi toto corde meo:

CAPVT IX.

Oratio Salomonis pro sapientia habenda.

**D**eus patrum ac Domine misericordiæ,  
qui omnia creasti verbo tuo,  
2 Atque hominem tua sapiētia effecisti, vt re-  
bus abs te conditis dominaretur,  
3 Et administraret mundum in sanctitate ac  
iustitia, rectitudinēque cordis iudicium exer-  
ceret:  
4 Da mihi assidentem thronis tuis sapien-  
tiam, & ne me numero seruorū tuorum sum-  
moueas.  
5 Quoniam ego seruus tuus sum, ac filius an-  
cillæ tuæ, homo imbecillus, ac vitæ breuis, &  
minor quàm vt iudicium ac leges possim in-  
telligere.  
**B** 6 Nam etiam si quis fuerit perfectus inter fi-  
lios hominum, tamen si sapiētia absit tua, ni-  
hili æstimabitur.  
7 Tu me elegisti regem populi tui, & iudicem  
filiorum tuorum, ac filiarum.  
8 Iussisti me ædificare templū in monte sancto  
tuo, & in vrbe habitationis tuæ altare instarta  
bernaculi sancti, quod præparasti ab initio.  
9 Ac tecū vnā est sapientia, quæ tua nouit ope-  
ra, quæque tunc affuit quum mundum effice-  
res, quæ scit quid in oculis tuis gratum sit, ac  
rectum in tuis præceptis.  
**C** 10 Hanc demitte è sanctis cælis, atque à folio  
gloriæ tuæ eam mitte, vt præfens mecū labo-  
ret, atque intelligā quid acceptum sit apud te.  
11 Nouit enim ac intelligit omnia, ac me de-  
duceret in actionibus meis moderatē, atque in  
gloria sua custodiet.  
12 Et erunt accepta opera mea, ac rectē popu-  
lum tuum diiudicabo, erōque dignus folio pa-  
tris mei.  
13 Quis enim homo consilium Dei intelligat?  
aut quid velit Deus, animo comprehendat?  
14 Nam cogitationes mortalium timidæ sunt,  
ac nostræ opinioniones fallaces.  
15 Corpus enim corruptioni obnoxium aggra-  
uat animam, ac terrenū domicilium plenam  
curarum mentem deprimit.  
**D** 16 Ac vix quæ in terra sunt, coniectura assequi-  
mur, & quæ in manibus versantur, cum labo-  
re inuenimus: quis autē ea peruestigauit quæ  
sunt in cælis?  
17 Consilium autem tuum quis nouit, nisi tu  
dederis sapientiam, ac de altissimis Spiritum  
sanctum tuum miseris?  
18 Nam ita viæ eorum qui terram incolunt, di-  
rectæ fuerunt, ac quæ tibi placent, didicerunt,  
19 Et sunt sapientia conseruati.

CAPVT X.

Sapientia laus à liberatione eorum quos ab initio hucusque sa-  
nuauit.

**H**æc patrem mundi primum formatum,  
solūmque creatum conseruauit, eum-

que à suo lapsu asseruit.  
2 Atque illi eam vim dedit qua omnia vince-  
re posset. *Gen. 2. c. 20*  
3 Ab hac verò iniustus quum defecisset in ira *Gen. 4. b. 8*  
sua, furis fraternali parricidij interiit.  
4 Propter quem demersam diluuiō terram sa- *Gen. 7. b. 21*  
pientia iterum cōseruauit, quum iustum exi-  
guo ligno gubernasset.  
5 Hęc etiam iustū inter gentes malitiosa con- *Gen. 11. a. 1*  
spiratione coniunctas inuenit, seruauitque  
Deo inculpatum, atque in visceribus filij for-  
tem præstitit.  
6 Hęc iustum pereuntibus impiis liberauit *Gen. 19. e. 17*  
fuga ereptum ex incendio, quod in quinque  
ciuitates demissum est.  
7 Quarum etiamnum malitiæ testimonium **B**  
fumosa extitit terra, plantæque fructus feren-  
tes, qui nunquā ad maturitatem perueniunt,  
atque salis statua monumentum animæ diffi-  
denti constituta.  
8 Nam contemptores sapientiæ, non solūm  
eo sunt incommodo affecti, quod res bonas  
ignorarunt: sed etiam ad vitam monumētum  
suæ insipientiæ reliquerunt, vt ne in iis qui-  
dem, in quibus sunt lapsi, latere possint.  
9 Cultores autem suos sapientia ærumnis li-  
berauit.  
10 Hęc iustum à fratris ira profugum per re- *Gen. 28. d. 5*  
ctas deduxit vias, Dei regnū ei ostendit: cog- *c. 12*  
nitionemque sanctorum ei dedit, locuplata-  
uit eum in ærumnis, eiusque labores summa  
bonorum copia compensauit.  
11 Quum per auaritiā opprimeretur, ei affuit,  
atque illum ditauit.  
12 Conseruauit eum ab hostibus, atque ab insi- **C**  
diatoribus protexit, in grauique certamine ei  
victoriā dedit, vt cognosceret pietatem omni  
re esse superiorem.  
13 Hęc venditum non dereliquit iustum, sed à *Gen. 37. f. 28*  
peccato eum seruauit, vnā cum eo descendit *Act. 7. b. 10*  
in foueam.  
14 Neque in vinculis eum deseruit, donec ei *Gen. 41. f.*  
sceptrum attulit regium, potestatemque in  
eius oppressores: atque accusatores eius men-  
daci coarguit, ac gloriam ei conciliauit sem-  
piternam. *40*  
15 Hęc populum sanctum, & inculpatum se- *Exod. 1. b. 6*  
men ab affligente ipsum gente liberauit. *Exod. 3. c. 10*  
16 Intrauit in animam serui Domini, ac formi-  
dandis Regibus per signa, atque portenta  
obstitit.  
17 Reddidit sanctis mercedem laborū suorum, **D**  
viæque mirabili illos deduxit, ac fuis eis pro  
integumento interdium, & noctū pro splendore  
re stellarum.  
18 Traiecit illos per Mare rubrum, plurimāq; *Exo. 14. e. 21*  
per aquas eos traduxit. *Psal. 77. b. 13*  
19 At inimicos ipsorum undis demersit, ipsos  
uero è profunditate abyssi eduxit.  
20 Quamobrem iusti tulerūt spolia ab impiis, *Exod. 12. e. 35*  
tuumque o Domine, decantauerunt nomen *Exod. 15. d. 1*  
sanctum: manūque victricem tuam vnō ani-  
mo laudauerunt.  
21 Quoniam sapientia os mutorum aperuit,  
linguāsque infantium fecit disertas.

CAPVT XI.

**D**irexit per manum sancti Prophetæ opa-  
ra eorum, *Exod. 16. f. 1*

Qui

1. Reg. 3. b. 9

Psal. 115. b. 16

1. Par. 28. d. 5

2. Par. 1. b. 9

Prou. 8. c. 22

Ioan. 1. d. 9

Esa. 40. c. 13

Rom. 11. d. 34

1. Cor. 2. d. 16

2 Qui per desertum inhabitabile iter fecerunt, atque in locis inuis tentoria posuerunt:  
 3 Obstiterunt hostibus, ac inimicos propulsarunt.  
 4 Sitierunt, atque inuocauerunt te, & summa ex rupe illis aqua data est, ac è duro lapide stis sedatio.  
 5 Nam per quæ pœnas dederunt eorū inimici, per eadem hi, quum inopia laborarent, beneficium acceperunt.  
 6 Pro fonte enim perenni fluminis saniosō sanguine turbati, ad edictū de infantibus necandis exprobandum, aquam huberrimam præter spem his dedisti:  
 7 Ostendēs per sitim, quæ tunc extitit, quemadmodum aduersarios puniisses.  
 8 Quum enim tentati fuerūt, & quidem cum misericordia castigati, cognouerunt quæ impij tormenta in ira iudicati pertulerunt.  
 9 Siquidem hos ut pater admonēs probauisti: in illos verò ut rex seuerus condemnans animaduertisti.  
 10 Quinetiam tam absentes quàm præsentēs eodem modo afflictabantur.  
 11 Duplex enim mœror ceperat illos, & gemitus recordatione præteritorum excitatus.  
 12 Nam quum suis propriis suppliciis audiuisent beneficia in illos collata, Dominum senserunt.  
 13 Et quem olim expositum, abiectūque pro deplorato irridentes habuerāt, eum in extremo rerum euentu sunt admirati, quum alia longè quàm iusti laborassent siti.  
 14 Porro pro stultis iniustitiæ ipsorum cogitationibus quibus seducti serpētes rationis expertes, vilēsque bestias colebant, immisisti in eos multitudinem animalium irrationabilium ad vindictam:  
 15 Ut intelligerent, per quæ quis peccasset, per eadem esse puniendum.  
 16 Neque enim omnipotenti manui tuæ, quæ mūdum ex informi materia effecit, deerat facultas qua vrsorum multitudinem, animosōsque leones in eos immitteres:  
 17 Aut feras recenti furore plenas & ignotas, quæ aut in modum ignis vrentem halitum efflarent, aut sonitus fumi ventilati ederent: aut horrendas ab oculis scintillas instar fulguris emicantes emitterent:  
 18 Quarum non solum noxa illos perimere poterat, sed etiam aspectus terrore incusso perdere.  
 19 Atque etiam sine his tuo pressi iudicio, atque flatu tuæ potentie dissipati, vno spiritu cadere poterāt: sed tu omnia modo ac ordine, ponderēque temperasti.  
 20 Nam vis quidem qua plurimum vales, apud te semper fuit, ac robori brachij tui quis resistat?  
 21 Quoniam tanquam momentū stateræ vniuersus coram te mundus est, & quasi gutta roris matutini in terram delapsa.  
 22 Sed tu omnium misereris, quoniam potes omnia, & dissimulas hominum peccata, ut respiscant.  
 23 Omnia enim quæ sunt in natura diligis, ac nihil eorum, quorum es effector, abominaris: neque enim quicquam tibi odiosum effici potuisset.

26 Quomodo autem quod tu noluiſſes, permanere potuisset: aut quod non vocaſſes, saluum exiſtere?  
 27 Sed tu parcis omnibus quoniam tua sunt Domine animarum amantissime.  
 C A P V T XII.  
 Cum Deo non contendendum. 19 Dat Deus locum penitentiæ.  
 1 Nam omnibus incorruptus tuus inest spiritus.  
 2 Itaque eos qui sunt lapsi, paulatim coarguis, in memoriãque reducens peccatorum, admones: ut relicta prauitate, in te credant Domine.  
 3 Etenim veteres quidem Terræ tuæ sanctæ incolas quum odisses,  
 4 Vt pote odiosissima veneficiorum facinora, impiãque sacrificia obeuntes,  
 5 Atque immisericordes liberorum interfectores, ac viscerum carniumque humanarum voratores, dapēsque ex sanguine abominandas, sacerdotesque fanaticos,  
 6 Et patres authores cædis animarum omni auxilio desertarū, perdere per manus parrum nostrorum voluisti:  
 7 Ut terra quæ omnium apud te est pretiosissima, dignam seruis Dei coloniam acciperet.  
 8 Sed his quoque ut hominibus pepercisti, vespāsque exercitus tui præcursores emisisti, quæ illos paulatim exterminarent:  
 9 Non quod non posses in acie impios in potestatem iustorum tradere, aut sæuis bestiis, aut duro verbo ad vnum delere:  
 10 Sed quum paulatim iudicares, locum dabis eis penitentiæ: non ignorans prauam eorum generationem esse, innatãque ipsorum malitiam: neque vnquam fore ut eorum cogitatio immutaretur,  
 11 Quum ab initio semen fuisset maledictum: neque verò quenquam metuēs, veniam peccatorum, quæ commisissent, illis dabis.  
 12 Quis enim tibi dicat, Quid egisti? aut quis se iudicio opponat tuo? quis verò de perditis gentibus, quas creasti, in crimen te vocet, aut intercedat contra te hominum vindex iniustorum?  
 13 Neque enim alius est Deus præter te, qui curam habes omnium: quo te ostēdis non iniuste iudicare.  
 14 Neque est Rex, aut tyrannus, qui intueri cōtra te possit, causa eorum de quibus tu pœnas sumpleris.  
 15 Iustus autem quum sis, iuste gubernas omnia: eum qui nullam sit meritis pœnam condemnare, existimans alienum tua potestare.  
 16 Nam robur tuum iustitiæ principium est, & quod omnibus dominaris, ex eo adducēris ut parcas omnibus.  
 17 Quum enim fides tibi absoluta tuæ potentie non habetur, quantum vales ostēdis, & sapientum audaciam redarguis.  
 18 Sed tamen tu potentie dominator, in æquitate iudicas, summãque cum indulgentia nos gubernas: quoniam posse, quum volueris, præsto tibi est.  
 19 Per huiusmodi autem opera docuisti populum tuum, quod iustū oportet esse humanum: ac filios tuos in bonam spem induxisti, quod in

Deut. 9. 4. 3; 12. d. 29; 18. b. 9

Exo. 23. d. 23; Deut. 7. d. 22; B

Rom. 9. d. 29

1. Pet. 5. c. 7

C

in

- in peccatis, poenitentiae locum das.
- 20 Etenim si inimicos puerorum tuorum mortemque commeritos, tanta cum attentione ac oblatione puniisti, dans illis tempus & locum quo a malitia recederent.
- 21 Quanta cum moderatione filios tuos iudicasti, quorum patribus iuramenta, pactaque dedisti bonarum promissionum?
- D 22 Quomodo ergo nos castigas, infinitis partibus grauius flagellas inimicos nostros: ut cum sollicitudine bonitatem tuam iudicemus, iudicari autem misericordiam expectemus.
- 23 Idcirco iniustos etiam homines, qui vitam cum ignorantia degerunt, per suas ipsorum abominaciones excruciaui.
- 24 Nam longius viis erroris errauerunt, deos existimantes etiam quosdam infames inimicorum animantes, falsi in modum infantium stolidorum.
- 25 Quamobrem illis, ut pueris ratione carentibus, iudicium in ludibrium misisti.
- 26 At illi probrosis ludificationibus non emendati, dignum Dei iudicium experientur.
- 27 Nam in quibus ipsi patientes indignabantur, in his quum viderent se puniri, quos arbitrabantur deos, eum quem negabant olim se nosse, verum agnouerunt Deum: quamobrem extrema etiam in eos condemnatio superuenit.
- CAPVT XIII.
- 1 Vanos eos esse ostendit, qui Deum ex ipsis operibus non possunt cognoscere. 3 Creator per creaturas cognoscendus. 10 Infalicitas idololatrarum. 17 In cultores idolorum.*
- ROM. 1. C. 19 **E** Tenim vani sunt omnes homines natura, in quibus inest ignorantia Dei, & qui ex iis, quae spectantur, bonis, eum qui est, non potuerunt intelligere, neque ex operibus consideratis ipsum opificem agnouerunt:
- DEU. 4. C. 19, **2** Sed aut ignem, aut ventum, aut celerem aërem, aut astrorum orbem, aut violentam aquam, aut lumina caeli, rectores mundi deos esse putauerunt.
- 3 Quorum quidem pulchritudine delectati, si illa deos existimarunt, intelligere debuerunt, quanto horum Dominus praestantior est: quando quidem pulchritudinis author creauit ea.
- 4 Sin potentiam atque efficaciam sunt admirati: ex eisdem animaduerrere, quanto est potentior is qui ea effecit.
- 5 Siquidem ex pulchritudinis rerumque creaturarum excellentia cum iis collarus, eorum effector spectatur.
- B 6 Veruntamen in his paruum mereantur reprehensionem, qui studio quaerendi Deum & inueniendi fortasse errant:
- ROM. 1. C. 21 **7** Etenim in operibus eius versantur perscrutandis, fideque oculis facta persuadetur, quoniam praecleara quae sub aspectum veniunt.
- 8 Sed ne hoc quidem modo sunt venia digni.
- 9 Si enim tantam habuerunt intelligendi facultatem, ut mundum possent coniectura capere, quomodo Dominum horum non potius inuenerunt?
- 10 Infelices autem, atque in rebus mortuis spem sitam habentes, qui manuum humanarum opera, aurum, & argentum arte fabricatum, atque simulachra animalium, aut lapidem, inutile manus opus antiquae, deos appellauerunt.
- ES. 44. b. 12 **11** Aut si quis faber materiari arboris ad opus

- parabilis succisae omnem circa corticem eius scite destrinxit, concinnaque fabricatus opus effecit ad usum vitae accommodatum:
- 12 Recisamentis vero operis ad cibum parandum consumptis, expletus est.
- 13 Refectum inde nullius usus tortuosum truncum, ramisque nodosum sumpsit, accuratèque perorium sculpsit, ac pro intelligentia sua perite eum formauit, adeoque hominis figurauit effigie:
- 14 Aut animalis cuiuspiam vilis simulachrum effinxit: deinde minio & fuco deliniens, rubrum eius colorem effecit, atque omnem quae in eo erat, maculam obduxit:
- 15 Tum in extructo ad id domicilio digno, collocauit ad parietem ferroque firmavit:
- 16 Atque ita quidem ille ne caderet, huic prospexit: sciens illud non posse sibi ipsum opitulari, quum simulachrum sit, & opis indiguum:
- 17 Postremo pro possessionibus, pro nuptiis, & pro liberis preces adhibens, non veretur in animum alloqui.
- 18 Et nunc pro valetudine inuocat infirmum, nunc pro vita mortuum orat, nunc pro auxilio supplicat imperitissimo:
- 19 Pro itinere vero faciendo eum appellat qui ne gradum quidem facere potest: ad quæstum denique, ad opus faciendum, ad manuum successum, ab ignauissimo nauiratem postulat.

## CAPVT XIII.

*8 Idolum maledictum, & fabricator eius. 15 Idola vnde traxerint originem. 23 Quae mala procedant ex idololatria.*

- R** Vsum alius adornans nauigationem, & per feros fluctus cursum instituens, se vehente nauigio putridius lignum implorat.
- 2 Nam illud quidem quæstus cupiditas excogitauit, & artifex fabricauit sapientia.
- 3 At tua, Pater, prouidentia gubernat: quippe qui etiam per mare viam, & per fluctus tutum iter dederis,
- 4 Ostendens quod omni ex loco potes incolumem praestare, etiam si quis nulla arte adiutus conscenderit.
- 5 Neque tamen vis opera sapientiae tuae esse otiosa: quapropter homines suam ligno perquam exiguo vitam committunt, marique tempestuoso nauicula transmissa sunt conseruati.
- 6 Nam initio quum superbi perirent gigantes, spes mundi in nauigio per fugium nacta, tua manu gubernata semet genitale aëre reliquit.
- 7 Benedictum enim lignum, per quod iustitia existit.
- 8 Manu vero factum est maledictum tam ipsum, quam eius fabricator: hic, ut operis author: illud, ut nomen Dei, quum obnoxium sit corruptioni, adeptum.
- 9 Nam peraeque inuisi Deo sunt, impius eiusque impietas.
- 10 Etenim opus vna cum ipso opifice poenam subibit.
- 11 Quamobrem in simulachra etiam gentium inquireretur, quoniam in opificio Dei ad abominacionem sunt deformata, ad offensionem animis hominum, ad laqueum pedibus insipientium iniiciendum.
- 12 Initium enim scortandi, excogitatio simulachrorum est: atque eorundem inuentio, vitae corruptela.
- 13 Neque

13 Neque enim erant ab initio, neque in æternum erunt.  
 14 Quippe hominum ambitione in mundum sunt introducta: & ideo celer eis interitus destinatus est.  
 15 Nā acerbo luctu filij præmaturè erepti mœrens pater, effecta imagine iam antea mortuū hominem, nunc ut Deum colere cœpit, atque subditis suis sacra ceremoniasque tradidit.  
 16 Deinde progressu temporis inualescēs impia consuetudo pro lege seruata est, mādatiſq; tyrannorum effectum ut sculptæ imagines religioſè colerentur.  
 17 Et quos præſentes ipſi homines honorare non poterant, ut procul habitantes, eorum remotam faciem quum effinxiſſent, illuſtrè imaginem honorandi Regis effecerunt, ut abſentem tanquam præſentē ſtudioſè obſeruarent.  
 18 Porro ad augendam ſuperſtitionem etiam ipſius artificis ambitio ignaros homines eſt adhortata.  
**C** 19 Nam hic quidē Principi gratificari cupiens, quā pulcherrimam potuit, effigiem arte expreſſit.  
 20 Multitudo verò allec̄ta venuſtate operis, eū qui paulo antè homo honore affectus fuerat, mox ut numen exiſtimauit.  
 21 Atque hoc vitæ inſidioſum fuit, quoniā homines calamitate aut tyrannide oppreſſi, nomen cum nulla re communicandum lapidibus ac lignis impoſuerunt.  
 22 Neque verò illis ſatis eſt circa cognitionem Dei errauiſſe, ſed etiam in maximo ignorantia bello vitientes, hæc tot ac tantā mala pacem appellant.  
 23 Nam aut ſacrificia cede liberorum inquinata, aut myſteria occulta, aut inſanas ex aliis ritibus bacchationes agitantes,  
 24 Neque vitam iam, neque coniugia conſeruant pura: ſed alius alium aut interficit per inſidias, aut adulterando ex cruciat.  
**D** 25 Omnes denique ſine vllō discrimine occupat ſanguis & cædes, furtū ac fraus, corruptela, perfidia, tumultus, periurium,  
 26 Perturbatio bonorum, beneficiorum obliuio, animarum pollutio, ſobolis alienatio, cōnubiorū confuſio, adulterium, & impudicitia.  
 27 Infandorum enim idolorum cultus, omnis mali origo, & cauſa, & finis eſt.  
 28 Aut enim eorum cultores inſaniunt lætantes, aut falſa vaticinantur, aut viuunt iniuſtè, aut citò peierant.  
 29 Nam inanimatis conſiſi ſimulachris, malū, quum malè iurauerint, ſe accepturos non expectant.  
 30 Cæterum vtraque de cauſa pœnam iuſtam ſubibunt: quòd & ſimulachris dediti malè de Deo ſenſerunt, & ſpreta ſanctitate iniuſtè per dolum iurauerunt.  
**C** 31 Non enim eorum per quos iuratur potètia, ſed eorum qui delinquant iuſta vindicta delictorum pœnas ab iniuſtis ſemper expetit.

CAPVT XV.

1 Vox fidelium qui Dei misericordiam laudant, cuius gratia non seruiunt idolis. 7 Subſannatio idololatrarum.

**T**V verò, Deus noſter, benignus es, & verus, & patiens, & qui miſericordia gubernas omnia.

22 Et enim ſi peccauerimus, tui ſumus, tuā potentiam cognoſcentes: non peccabimus autē, ut qui nos tuos cenſeri ſciamus.  
 3 Nam noſſe te, conſummata eſt iuſtitia: & tuā intelligere potentiam, radix immortalitatis.  
 4 Neque enim in errorem nos induxit pernicioſum hominum inuentum, nec labor pictorum infructuoſus, figura ſcilicet coloribus variis maculata,  
 5 Quorum aſpectus dementes homines in eam cupiditatem inducit, ut mortuæ imaginis formam ſpiritu vacuam deſiderent.  
 6 Malorū amatores digni ſunt qui tales ſpes habeant, & qui ea efficiunt, & qui concupiſcūt, & qui venerantur.  
 7 Nam figulus mollem preſſans terram, ad vſum noſtrū vnumquodque vas laborioſè fingit, ſed ex eadem argilla effinxit, cum vaſa mūdis operibus accommodata, tum cōtraria his omnia: quorum in vtroque genere aliquis eſt vſus ſingulorum, arbiter verò figulus.  
 8 Atque idem ille peſſimè locans operam, ex eodem luto vanum effingit Deum, qui paulo antè terra natus, mox in eā ex qua ſumpſus eſt reuertitur, reddens debitum vitæ repetitū.  
 9 At ille non, qui labores ſe maneat, curat, aut quā breuis ſuperſit vita: ſed cum aurificibus & argentariis contendit, fabrōſque ærarios imitatur: atque ſibi gloriæ ducit, quòd figurat impoſturas.  
 10 Pulvis eſt cor illius, ſpes item eius terra vilior, & abiectior luto vita ipſius.  
 11 Quoniam eum qui ſinxit ipſum, qui vegetā inſpirauit animam, qui vitalem ſpiritum inſiuit, ignorat.  
 12 Verū iſti ludicram vitam noſtram ſunt arbitrati, ætatēque hominis quaſtuofam nūdinationem, ut qui dicant, vnde cunq; atque etiam ex malo, rem eſſe faciendam.  
 13 Nam hic quidem omnium optimè nouit ſe peccare, quòd ex terrena materia fragilia vaſa & effigies efficiat.  
 14 Omnes autem longè inſipientiſſimi, atque animis ſtultorum miſeriores inimici populi tui, qui eum potentia oppreſſerunt.  
 15 Quoniam omnia etiam Gentiū ſimulachra deos exiſtimauerunt, quibus nullus oculorū vſus eſt quibus videant, neque nares quibus hauriant aerem, neque aures quibus audiant, nec manuum digiti quibus palpēt, nec pedes ad ingreſſum habiles.  
 16 Homo enim eos effecit, & qui mutuatus eſt ſpiritum effinxit illos: neque enim vllus eſt homo, qui ſimilem ſibi Deum formare poſſit.  
 17 Sed mortalis nefariis manibus effinxit mortuum: cultis enim à ſe rebus eſt præſtantior, ut qui vitam ſit adeptus, illa nunquam.  
 18 Quinetiam animalia quoque colunt odioſiſſima, & quæ aliis comparata, deteriora ſunt propter hanc dementiam.  
 19 Quæque ne animalibus quidem tam pulchra videantur, ut eorum deſiderio afficiantur: verū & laude Dei carent, & eius benedictione.

CAPVT XVI.

1 Pœna idololatrarum. 16 Indicia Dei. 20 Miſſio manna. 26 Non in ſolo pane viuunt homo.

**P**ropterea per ſimilia merito puniti ſunt, & per multitudinem beſtiarum cruciati.

Deut. 18. b. 10  
Iere. 7. a. 9, 10. d. 4

Rom. 9. d. 20  
B'

C

Pſal. 113. b. 59  
134. c. 16

- Num. 31. g. 31 2 Pro qua pœna populum tuū beneficio affecisti, quum auidæ ipsius appetitiæ noui saporis cibum parasti coturnicem:
- 3 Vt illi cibum appetentes propterea quæ ipsis ostēsa immittāque sunt, desiderium etiam necessarium auersarentur: hi verò penuriam paulisper experti, nouum saporem participarent.
- 4 Oportebat enim illis qui tyrannidem exercebant, penuriam ineuitabilem accidere: his verò tantummodo ostendi quemadmodum hostes ipsorum cruciarentur.
- Num. 21. b. 6 5 Nam quum eos sæua bestiarum ira inuasisset, ac moribus noxiorum serpentum interirent,
1. Cor. 10. b. 9 6 Ad extremum nō permansit ira tua, sed admonitionis gratia paulisper fuerunt perturbati, signum salutis habentes quod memores mandati Legis tuæ redderet.
- B 7 Neque enim qui respexerat, propter rē visam, sed propter te omnium seruatorem seruabatur.
- 8 Atque in hoc quidem hostes nostros docuisti te eum esse, qui omni ex malo eripis.
- Exo. 10. 4. 4, 8. f. 24, 9. b. 7 9 Nam illos, morsus locustarum, muscarumque interemerunt: nec remedium vitæ ipsorum reuertum est, quòd digni essent tali supplicio.
- 10 Filios verò tuos, ne venenatorum quidem draconum dentes vicerūt, quum tua intercessisset misericordia, atque eos sanauisset.
- 11 Hi enim quasi stimulabantur, vt memoriā oraculorum tuorum reuocarēt: celeriter autē seruabantur, ne in altam obliuionem prolapsi, tuo non possint retrahi beneficio.
- 12 Neque enim herba, nec malagma medicinā eis fecit, sed tuum dō Domine, verbum sanans omnia.
- Deut. 32. f. 39 13 Tu enim vitæ & mortis potestatem habes, ad portāsque inferorum deducis & reducis.
1. Reg. 2. 4. 21 14 Homo quidem sua malitia mortem infert, sed efficere non potest vt spiritus è corpore egressus reuertatur, & vt anima assumpta, in corpus redeat.
- Tob. 13. 4. 2 15 Tuam verò manum vt quis effugiat, fieri nō potest.
- Exod. 9. c. 23 16 Nam impij te nosse negantes, vi brachij tui flagellati fuerunt inusitatis pluuiis, grandinibus, imbribus, persecutione vexati ineuitabili, atque igne consumpti.
- C 17 Quod enim maximè mirum est: in aquam omnia extinguentem summam vim ignis habebat: quippe mundus ipse iustorum vindex est.
- 18 Interdum enim mitescebat flamma, ne immissa in impios animalia combureret, sed ipsi se iudicio exagitari palàm viderent.
- 19 Interdum autē etiam supra vim, ignis exardescibat, vt germina terræ iniustæ aboleret.
- 20 Pro quibus rebus cibo Angelorum populū tuum refecisti, ac panem omni pollentem voluptate, omni que gustui accommodatum, sine labore de cælo ipsis demisisti.
- Exo. 16. c. 14 21 Substantia enim tua suauitatem erga filios tuam declarabat, atque desiderio assumentis subseruiens, se ad illius qualemcunque voluntatem temperabat.
- Exo. 9. c. 23 22 Nix autem & glacies ita vim ignis sustinebant, vt non liquescerent: vt intelligerēt quòd ignis ardens per grandines pluuiasque cor-
- ruscans, fructus inimicorum assumpisset:
- 23 Eundem rursus, vt iusti alerentur, virium etiam suarum esse oblitum.
- 24 Nam creatura tibi deseruiens Creatori, ad supplicia de iniustis sumenda exardescit: rursusque mitescit ad beneficia in eos conferenda qui fiduciam in te suam posuerunt.
- 25 Propterea tum quoque ad omnia transformata benignitati tuæ omnium nutrici, ad voluntatem indigentium subseruiebat:
- 26 Vt intelligerent filij tui, quos dilexisti Domine, prouentu fructuum hominem nequamquam ali, sed verbo tuo, eos qui tibi fidunt, conseruari.
- 27 Quod enim ab igne non consumebatur omnino, ab exiguo solis radio calefactum liquefcebatur:
- 28 Quo notum esset, solem ad gratias tibi agendas præueniendum esse, atque te sub lucis ortum salutandum.
- 29 Nam ingrati spes tanquam pruina hyberna colliquescet, & sicut aqua inutilis diffluet.
- CAPVT XVII.
- 1 De magnitudine iudiciorum Dei, qui pœnis mirabilibus impios affligebat.
- 1 NEmpe magna sunt tua iudicia, & explicatu difficilia: quapropter animæ imperitæ errauerunt.
- 2 Nam iniqui quum genti sanctæ se dominaturos arbitrati essent, vinculis tenebrarum longæque noctis compedibus constricti, atque inclusi tectis, ab æterna prouidentia extorres iacuerunt.
- 3 Siquidem occultis se peccatis latere arbitrati, obscuro obliuionis velamento dissipati sunt, graui ter perterriti, atque spectris perturbati.
- 4 Neque enim latebra, qua cōtinebantur, securus reddebat ipsos: sed sonitus pauore eos percipientes circūstrepebant, laruæque mœsto aspectu tristes apparebant.
- 5 Neque verò vlla vis ignis lucem præbere poterat, neque illustres siderum flammæ patiebantur vt tristem illam noctem illustrarent:
- B 6 Sed ignes tantum quidam terribiles vltro micabant ipsis: attoniti verò à non visa illa visione, quæ cernebantur, peiora esse existimabant.
- 7 Aderant autem magicæ ludibria artis, & cōtumeliosa exprobratio eius arrogantia, qua ob prudentiam vsi fuerant.
- 8 Nam qui timores ac perturbationes ab animo ægroto se depulsuros promittebant, hi ridicula formidine laborabant.
- 9 Quòd si etiam nihil turbulentum eos territasset, transitu tamen bestiarum ac serpentum sibilis exagitati, interibant tremebundi: etiam aerem, qui nullo modo euitari potest, se intueri negantes.
- 10 Etenim formidolosa res est malitia proprio teste condemnata, & quæ compressa à conscientia, semper mala prælagit.
- 11 Nihil enim aliud est timor, quam auxiliorū à ratione proficiscentium defectio.
- 12 Quum autem intus minor spes resideat, maius id putat quod ignoratur, causa tormentū præbente.
- 13 Ergo illi per noctem verè impotentem, atque ab impotentis Orci recessu profectam eodem somno sopiti,

15 Partim spectrorum monstris exagitabantur, partim animæ defectione exanimabantur: repentinus enim & inexpectatus timor eis ingruerat.

16 Atque hoc deinde modo, quicumque tandem ibi fuisset, collapsus in carcerem citra ferum inclusus custodiebatur.

D 17 Nam siue quis agricola, siue pastor erat, siue operarius labores in deserto obiens, quisque præoccupatus inuitabilem necessitatem sustinebat.

18 Siquidem omnes vna tenebrarum catena constricti erant: siue flatus sibilans, siue densos inter ramos canora vox auium, siue sonitus aquarum imperu currentium,

19 Siue immanis ruentium saxorum fragor, siue visum effugiens saltantium animalium cursus, siue frementium sæuisimarum ferarum vox, siue Echo montium cauernis repercussa, metu illos exanimabat.

20 Torus enim mundus clara luce resplendebat, atque expeditis continebatur operibus.

21 Illis verò solis grauis incumbibat nox, imago quædam earum tenebrarum, quæ illos erant excepturæ: ipsi denique sibi tenebris grauioribus erant.

CAPVT XVIII.

De luce Israelitarum eos procedente. 5 Afflictio impiorum Aegyptiorum.

Exo. 10. f. 23 1 Sanctis autem tuis maxima lux aderat, quorum quidem vocem audientes illi, specie autem non videntes, quod non eadem & ipsi paterentur, beatos prædicabant.

2 Quod verò non noceret iniuria prouocati, gratias eis agebant, & veniam inimicitarum precabantur.

Exo. 13. d. 21  
Psa. 77. b. 14,  
104. d. 39 3 Quorum causa igneam columnam itineris ignoti ducem, innocuumque solem magnificæ peregrinationis præbuiisti.

4 Nam illi quidem digni erant qui luce priuati custodia tenebrarum tenerentur, ut qui filios tuos, per quos incorruptum Legis lumen orbi erat impertiendum, conclusos asseruasent.

Exod. 1. c. 16,  
2. d. 3 5 Cæterum quum illud consilium cepissent, ut infantes sanctorum tuorum occiderent, vnusque expositus fuisset, atque ad eos redarguendos reseruatus, tu orbasti eos liberorum copia, & in aqua vehementi simul omnes perdidisti.

Ex. 14. f. 24,  
g. 27 6 Nox illa maioribus antè significata fuit, ut certo scientes quibus crediderant iuramentis, bono ac securo animo essent.

B 7 Populus autem tuus & iustorum salutem, & hostium interitum est consequutus.

8 Ut enim inimicos nostros vltus es, sic nos aduocans gloria illustrasti.

9 Clam igitur sacrificabant sancti bonorum filij, ac diuinam Legem concorditer sanxerunt, sanctos eorundem & bonorum & periculorum ex æquo cõsortes fore, patribus iam hymnos præcinentibus.

10 Clamor contra hostium dissonus resonabat, miserabilisque liberorum, qui deplorabatur, lamentatio ferebatur.

Ex. 12. d. 27,  
e. 29 11 Eadem autem pena seruus, qua dominus affectus fuit, & plebeius paria cum Rege est permissus.

12 Vnoque adeò mortis nomine cuncti simul innumerabiles habuerunt mortuos: neque enim qui viui erant ad sepeliendos sufficiebatur: quoniam vno momento præstantissima eorum proles interiit.

13 Atque ita qui propter præstigias nihil crederant, in primogenitorum clade populum Dei filium esse confessi sunt.

14 Nam quum silentium quietum teneret omnia, noxque sui cursus mediam partem confecisset,

15 Omnipotens sermo tuus bellator durus in medium exitialis terræ, ex folio Regali de cælo desiliit,

16 Mandatum tuum minimè fictum, quasi gladium acutum gerens, stansque, partim cælum attingens, partim solo insistens, omnia morte compleuit.

17 Tunc quidem subito, cum visiones somniorum vehementer eos perturbarunt, tum terrores inexpectati se obrulerunt.

18 Et alius aliò proiectus declarabat semimortuus, quam ob causam moreretur.

19 Hoc enim somnia quæ ipsos conturbabant, eis præsignificarunt, ne ignari cur hæc mala paterentur, interirent.

20 Cæterum iustos quoque attingit tentatio mortis, & strages in deserto facta est multitudinis: sed illa non diu ira mansit.

21 Nam properè vir inculpatus armis ministerij sui, precatione, suffimentoque propitiatorio prolatis, propugnatorem se præstitit, restitit indignationi: declaransque se tuum seruum esse, finem calamitati imposuit.

D Num. 16. g. 46

22 Interemptorem autem non robore corporis, neque vi armorum deuicit: sed iuramenta patrum ac fœdera allegans, plecterem oratione superauit.

23 Nam aceruatim iam aliis super alios collapsis mortuis, hic medius obsistens iram præcidit, viamque ad viuos interclusit.

24 Siquidem omnis in tunica talari ornatus inerat: & decora patrum in sculptura lapidis quadripartito ordine distincti: atque in diademate capitis eius, maiestas tua.

Exo. 28. b. 11

25 His vastator celsit, hæc verò extimuit: sola enim iræ experientia sufficiebat.

CAPVT XIX.

De interitu Aegyptiorum, & Hebræorum liberatione.

1 Impios autem indignatio sine misericordia ad extremum vsque est persecuta, ut quorum etiam futura facinora præuiderat:

2 Quod eos quos abire permisissent, atque cù studio præmisissent, pœnitentia ducti rursus essent persequuturi.

3 Quum enim recenti adhuc luctu ad sepulchra mortuorum lamentarentur, aliud consilium amentia plenum ceperunt, ut quos supplicando extruserat, eos ut fugitiuos persequeretur.

Exod. 14. d. 5

4 Merita enim necessitas ad hunc finem eos pertraxit, atque eorum quæ ipsis acciderant, obliuionem iniecit, ut reliquas cruciatuum pœnas persoluerent:

5 Ac populus quidem tuus admirabilem itineris rationem tentaret: illi verò nouum mortis genus inuenirent.

6 Siquidem omnes res creatæ in suo singulæ genere, propriis seruietes muneribus à temeritate

B

- dati, ut filij tui nullo incommodo affecti conseruarentur, de integro rursus aliam figuram induerant:
- 7 Nubes castra obubrabat, & quæ aquis prius occupata erat terra, emergens sicca apparuit, iterque item expeditum è Mari rubro, & herbosus è violento gurgite campus:
- 8 Per quem tota gens transit, hi qui tua prorecti manu, stupenda miracula conspexerunt.
- 9 Nam in modum equorum hinnierunt, moreque agnorum exultauerunt, te liberatorem, ô Domine, decantantes.
- C 10 Meminerant enim adhuc rerum actarum in peregrinatione sua, quemadmodum pro animalium sobole terra protulisset insecta, & pro piscibus multitudinem ranarum fluuius euomisset.
- Exod. 16. d. 13 11 Nouissimè autem viderunt nouam auium  
Num. 11. g. 31 progeniem, quum permoti cupiditate delicatos cibos postulassent.
- 12 Nam ad solatium eorum sublimis à Mari co-  
turnix aduolauit, porrò sceleratis poenæ prægressis fulminum vi signis irrogatæ fuerunt, quas iustè sua nequitia meriti patiebatur, quum grauiorem inhospitalitatem exercuissent.
- 13 Nam alij ignotos homines, quum ad ipsos venissent, non recipiebant: alii hospites bene meritos in seruitutem redigebant.
- 14 Neque solùm hoc, sed siqua ipsorum esset visitatio, quoniam alienigenas inimicè recipiebant.
- 15 Alij item quos festorum celebritate excepissent, admissos iam in eiusdem iuris communionè grauissimis laboribus afflixerunt.
- 16 Itaque cæcitate etià percussi fuerunt, ut quodam ad iusti fores illi qui vastis circumsepti tenebris, suarum quisq; forium aditum quærebant.
- 17 Etenim elementa per se aptè transponuntur, quemadmodum in psalterio soni nomen com-  
centus permutantes, sonum tamen semper aliquem retinent: quod licet ex animaduersione rerum actarum exactè coniecere.
- D 18 Aquaticis enim commutabantur terrestria, & natatilia in terram transibant.
- 19 Ignis in aqua virium suarum immemor valebat, & aqua naturæ extinctricis obliuiscatur.
- 20 Flammæ rursus animalium, quæ corruptioni obnoxia sunt, corpora in his inambulantium nulla tabe affecerunt, nec ad liqueendum natum glaciale ambrosij cibi genus liquefecerunt.
- 21 Per omnia enim, ô Domine, amplificasti populum tuum, gloriæque ornauisti, nec ei villo tempore aut loco præsens adesse es dedignatus.

Sapientia Iesu filii Sirach, Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιραχ.  
vulgò Ecclesiasticus.

PRAEFATIO SAPIENTIAE IESV FILII SIRACH.  
NOVA EX GRÆCO TRANSLATIO.



- VLTA & magna nobis per Legem & Prophetas, cæterosq; qui illos sunt consequuti, tradita fuerunt, quorum nomine summa doctrinæ sapientiæque laus Israeli meritò tribuenda est.
- 2 Ex quibus oportet non lectores solùm doctos eruditosque existere, verumetiam homines earum rerum studiosos eam facultatem comparare, ut & loquendo & scribendo exteris vtilis esse possint.
- B 3 Ex eorum numero Iesus auus meus, quum in legenda Lege, ac Prophetis, cæterisque libris qui à patribus traditi sunt, plurimum studij operæque posuisset, in hisque satis exercitationis ac facultatis comparasset: in eam est indutus voluntatem, ut ipse quoque aliquid scriberet eorum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinerent:
- 4 Ut studiosi atq; huiusmodi rebus dediti, hac viuendi in Lege ratione ac consuetudine maiores progressus facerent.
- 5 Vos igitur monitos volo, & hortor, ut cum beneuolentia atque attentione hæc legatis: veniamque detis, si minus assequuti esse videamur vim quarundam dictionum, quas interpretando exprimere conati sumus.
- 6 Neque enim hæc ipsa eadem vim habent eandem quum Hebraicè dicuntur, & quum alienam in linguam transferuntur.
- 7 Neque verò hæc solùm, sed etià cætera, atq; adeò ipsa Lex, ac Prophetæ, alique libri non paruam habent dissimilitudinem & differentiam, quum suo ac proprio sermone explicatur.
- 8 Ego autè anno trigésimo octauo regis Euergetæ, quum venissem in Ægyptum, ibique aliquandiu comoratus exemplar non paruæ eruditionis reperissem: maximè necessarium sum arbitratum, aliquid studij, operæ, laborisq; in eo adhibere, ut hunc librum in aliam linguam conuerterem.
- 9 Nam in hoc quidem temporis spatio multum vigilæ, scientiæque adhibui, ut liber ad finem perductus ederetur, utque hi qui in exilio cupiunt discere, suos in Lege mores conformantes vitam degerent.
- ALIA INCERTI AVTHORIS  
PRAEFATIO.
- 1 Iesus hic, Sirach quidem filius fuit, nepos verò Iesu eodem appellati nomine.
- 2 Vixit autè posterioribus temporibus, postquam populus in captiuitatem abductus est, & in patriam reuocatus, atq; adeò post omnes ferè Prophetas.
- 3 Porrò auus eius Iesus, quemadmodum ipse testatur, vir fuit inter Hebræos summa cum industria